

Resurrectio

Recidium

quod in eo est. Dicitur Spiritus sanctus eos quos replerit et se loquentes facit. Quartum est ponderosum vas plenum non ita cito movetur sicut vacuum. Sic homo plenus gratia. Exemplum de petro qui ad vocem ancille negavit christum. et post plenitudinem spiritus sancti crucem sustinuit. Et de Agartha quam tanto pondere spiritus sancti vibravit quod moveri non poterat nec trahi ad petrum. Similiter de sancta Lucia. Non de hoc capitulo de instabilitate. De resurrectione generali

Oportet probari resurrectio generalis corporum. autoritatibus. Rationibus et Exemplis. Autoritatibus quia ysaia. xxxviij.

Et vivent mortui interfectique tui resurgent. Ezechiel. xxxvii. Edificabo vos et sepulchris vestris popule meus. et dabo vobis spiritum et vivetis. et Job. xix. Scio quod receptor mens vivit. et in novissimo die de terra surrecturus sum et in carne mea videbo deum salvatorem meum. i. Cor. xv. Omnes quidem resurgemus et in gloria. Cuncti enim tuba et mortui resurgent incorrupti. Item rationibus potest probari. Si aliqua corpora sunt sicut semina que prius moriuntur et putrescunt et post vivificantur. multo magis corpus humanum quod est nobilissimum inter alia corpora. i. Cor. xv. Inspiciens tu quod semina non vivificant nisi prius moriantur. Item hoc erit in ecclesie conformitas. Si enim christus qui est caput ecclesie resurrexit totum corpus ecclesie resurgere debet. aliter non esset corpus ecclesie in regnum nec decens. i. Cor. xv. Christus resurrexit a mortuis primitie dormientium. Quis rex vel aliquis magnus facit filium suum militem nomen multos alios cum illo in milites vocat vel promouet. Ita deus pater rex celi et terre quando resuscitavit filium suum iesum. dedit nobis spem resurrectionis nostre. Ro. vi. Si christus resurrexit et nos resurgemus. Item plus potest deus quam artifex alius. Ut si artifex de cinere vitrum purum facit. et fractum vitrum liquefacit. et reformat et de metallo imaginem hominis facit. et de terra ferum. Quis mirum summus artifex hoc faciat de corporibus hominum. Phil. iij. Salvatorem expectamus dominum nostrum iesum christum qui reformabit corpus humilitatis ree. Item hoc probatur naturalibus exemplis. Plus enim potest deus quam natura. Nam de pulvere feminae qui sola anima est alium feminem facit natura. Item ad rugitum leonem suscitantur leonculi. et quare non poterunt homines suscitari ad vocem filii dei. Job. v. Mortui audient vocem filii dei et qui audiverint vivent. Item ad iussionem sanctorum multi mortui suscitati sunt et quare non ad iussionem dei omnes poterunt resuscitari.

De Reciduo.

Est a reciduo multa retrahere. periculosius est quam a infirmitate recidivantes debiliores sunt quam a infirmitate. et quanto frequentius cadunt tanto plus ledunt et debiliores fiunt. et difficilius resurgunt. Lu. xij. Sunt novissima hominis illius peiora prioribus. Tales sunt sicut subterfuges vel pellicum vetus que tenere luturam nequeunt et in luto inferni periclitantur. ps. Ut lutum platearum delibo eos. scilicet de libro vite eterne. Item medicum sumptuositas scilicet passio Christi. i. Cor. vi. Empti estis precio magno. Aug. Homo appetit te ex precio ne tibi vilescas. isti sunt sicut non cordati